



Questio cxii

Questio. cxii de missione angelorum
h3 quatuor articu.

Primus articulus. Aliqui angeli a deo
mittuntur in ministeriis
um. **Primum** patet sic. Quicumque ab aliquo procedit ut incipiat esse ubi prius non fuit. ille mittitur ab aliquo. sed angeli aliqui a deo procedunt ex eius imperio scilicet directi ut incipiant esse alicubi. scilicet per aliquam operationem ubi prius non erant quia quodcumque angelus de nouo applicatur alicui corpori sua virtute tunc incipit ibi esse de nouo. sed cum creatura corporalis administratur a deo per angelos quodcumque aliquid ex imperio diuino est aliquid fiendum per aliquem angelum circa aliquam creaturam corpoream angelus de nouo applicatur alicui corpori sua virtute. **Secundum** patet. quicumque intelligens ab aliquo igitur missus exercet ibidem aliquam operationem que est ab eo a quo procedit. sicut a primo principio et est ad eundem sicut ad finem ille mittitur in ministerium. quia hoc facit rationem ministrum sed angeli sunt huiusmodi igitur etc.

Secundus articulus. Superiores angeli nunquam in ministerium mittuntur. sed solum inferiores. **Probatum** sic quicumque angeli immediate administrant creaturam corpoream ad quam mittuntur